

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 12 : De Scylla & Charybdi](#)

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[108\] : De Scylla](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 12 : De Scylla & Charybdi](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 13 : De Scylle](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 12 : De Scylle](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 252v°-255r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques

- [Charybde](#)
- [Scylla](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

rus è Daulide. Aiunt præterea celerrimos fuisse omnium Boreadas, facultatemque habuisse volandi, ut testatur Theognis in his;

ἄριστον δὲ πρὸς ἄλλοις ἄνθρωποις ἄριστον ἄριστον, ἄριστον ἄριστον ἄριστον, ἄριστον ἄριστον ἄριστον.

Si magis Harpyis sis velox: vincere possis
Et quos Borea, haud pes quibus vrillat.

Cum venissent igitur cum ceteris principibus Colchicæ expeditionis ad Phineû, Harpyias à mensa Phinei profugarunt, à quibus Plotæ insulæ Strophades vocatæ sunt. Hi postea cæsi fuerunt ab Hercule in partitione munerum, ac non à generis Leucippi. Neque plura de Borea memorantur ab antiquis. Scripsit Hesagoras in rebus gestis Megarensum Boream, qui Orithyiam rapuit, non ventum, sed iuuenem fuisse Strymonis filium ita vocatû; qui cum illam in matrimonium à parentibus impetrare non posset, ad raptinam se accinxit, raptamque in Thraciam deportavit. Quâvis alii non à Borea; sed à populis Thraciæ Boreæ nomine raptam fuisse putarunt, ut ait Ovi. in Epist. Paridis;

Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces,
Tuta tamen bello Bistonis ora fuit.

20 Alii deiectam fuisse Orithyiam è præcipiti loco in Ilium fluvium existimarunt, quæ cum nullibi post inuenta sit, locum dedit tabulæ, quod eam amatam Boreas in Thraciam asportasset. Quod Harpyias à mensa senis Phinei expulerint, crediderunt nonnulli Harpyiam & Erasmiam filias fuisse eius senis, quæ cum parum honestam vivendi rationem complecterentur paternas facultates immodice exinanirent, domumque paternam turpiter exhaurirent. Has ambas cum filii Boreæ secum adduxissent, putati sunt Phineum egestate fameque liberasse. Quid contineatur sub hac fabula, præter historiam, non reperio. Atque jocum aliquem doctioribus etiam relinquo. At nûc de Scylla dicamas.

30 De Scylla & Charybdi, Cap. XII.

Scylla & Charybdis, monstra infesta navigantibus maxime timenda, existimantur sunt; quæ feminæ quondam dicuntur fuisse. Fuit igitur Scylla Phorcynis & Hecates filia, ut sensit Acusilaus. Ut verò Homerus Cræxis fuit eius mater, quæ tamen eadem est ut Apollon. Acusilaum fortasse secutus scripsit lib. 4.

*ἢ παρὰ Σκύλλης Φορκῆς καὶ Ἥκας τῆς Ἥρας,
Σκύλλης ἀπὸ τῆς Φορκῆς, ἢ τῆς Ἥρας,
Ναυτιπλάτης ἀπὸ τῆς Ἥρας καὶ τῆς Φορκῆς.*

40 Horrendum aut anctum Scyllæ concedere iuxta,
Aufoniæ Scyllæ Phosci de semine natæ,
Noctiuagorū Hecates; quæ dicitur vna Cræteis.

Chariclides vero in Cathena Phorbantis & Hecates filiam fuisse tradidit, Scesichorus Lamie. Timæus lib. xxi. historiarum non è Phorcyne, sed e Typhone natam fuisse asserit, alii è fluvio Crati. Fuerunt qui dixerint Scyllam fuisse olim filiam Nisi Regis Megarensum, quæ capta amore Minois patris purpureum capillum, quo incolumi ille mori non poterat, ut respondit oraculum,

culum, clam absceidit, patremque ipsum, & Nisam ciuitatem Atheniensibus prodidit. nam cum Athenienses Nisi fines hostiliter inuasissent cepertunt nō nulla oppida subitis incurfionibus, ipsamque Nisum in urbem Nisram incluserunt, & obsiderunt, vt ait Paus. in Atticis, & Str. lib. 8. Fama est igitur Minoem illam in profundum maris decubasse odio prodicionis, quare in monstrum marinum versa sit. alii dicunt illam desperatione captam cum à Minoe neglecta relinqueretur, post prodicionem se in mare præcipitasse, & Deorum ira canes additos esse vt illam in monstrum versam assidue lacerarent. fuerunt tamen qui duas fuisse Scyllas dixerint, alteram Phorci, alteram Nisi filiam: atque hanc postremam post casum capillum cum illam pater insequeretur, in cirim fuisse conuersam, patrem in halietum, aues inter se infensas, vt in lib. 1. Georgicorum ait Virg.

Apparet liquido sublimis in aere Nisus,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Quacunque illa leuem fugiens secat æra pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus: qua se fert Nisus ad auras
Illa leuem fugiens raptim secat æthera pennis.

Paus. in Corinthiacis Scyllam Nisi filiam neque in auem mutatam scribit, neque in monstrum marinum, quæ patrem Minoi prodidit, neque à Minoe uxorem ductam, vt sibi promissum fuerat, sed ipsius Minois iussu in mare deiectam; quæ maris undis agitata sit, donec ad Scyllæum vocatum promontorium sit delata, vbi tandem insepultum iacuit cadaver, quandiu à marinis volucribus voraretur. Zenodorus lib. 3. Compendiorum suspensam fuisse inquit Scyllam de proa nauis, in qua vehabatur Minos, & per mare tractâ, donec ita interierit. Scyllam vero, quæ dicta est Phorci filia, præstantem forma corporis mulierem fuisse memorant, quæ cum Neptuno concubuerit, qua re cognita pharmacum Amphirrite in fontem, in quo se lauere Scylla consueuerat, iniecit, eamque in furorem actam cum se in mare præcipitasset, in monstrum marinum conuertit, vt scripsit Myro Prianeus lib. 5. rerum Messeniacarum. alii fabulati sunt Scyllam rem habuisse cum Glaucō, quod ægrè ferens Circe, quæ illius amore tenebatur, pharmacis fontem, in quo lauari Scylla consueuerat, infecit; quibus illa pube tenus in varias formas murata sit. Scylla igitur sua deformitate territa, amissæque formæ desperatione capta se in mare præcipitauit, quare locum dedit fabulæ, vt ait Zenodorus Cyreneus. Scyllæ formam ita describit Isacius ἑξ ἢ κίθαλας ἔχουσα πῶς, καὶ ἑξ ἄνθρωπων, γρηγοῦσι, φάλαινας, ἀβροχίτων. εἰ β. πέντε. Sex habens capita quidem bruci, canis, leonis, Gorgonis, balenæ, foeminae; pedes autem duo decim: qui idem aliorum sententias secutus diuersam formam illi tribuit. Alii dixerunt oculorum tenus Scyllam pulcherrimam fuisse mulierem, ac sex habuisse canum capita, reliquam corporis partem fuisse serpētum. Hom. lib. 7. Odyssæ & capita sex, & duodecim pedes illi fuisse scribit, & singula capita habuisse tres ordines dentium, vt est in his;

Ἐξ ἢ δὲ κίθαλας καὶ ἑξ ἄνθρωπων.
Τῶν ἑξ. φωνὴ μὲν ἕνα πάλαιον τιγγάλλης
Γίγναι. ἀπὸ δ' ἄλλων πάλαιον καὶ ἄλλας τίμαρ
γρήγορας ἰδὲ, καὶ δὲ δὲ ἀνθρώπων.
Τῶν ἑξ ἄλλων δὲ πάλαιον καὶ ἑξ ἄνθρωπων.

S f f

εξ ἄνθρωπων

Mythologia

ἢ δὲ τὸ ἐν ἑσπέρῳ περὶ τῆς Σκύλλης, ἐν δὲ ἰαυτῷ
Σκυθαλίῳ κρημνῷ. ἐν δὲ τῷ πρώτῳ βιβλίῳ
Πηλοῦ καὶ Σκύλλης, πάλιν μιλῶντος Σκύλλης.

Hoc habitat grauiter lacrans at Scylla profundum,
Cuius vox similis catulis: monstrumq; verendum,
Ipsa grauis pestis. non si Deus obuius illi
Quis fieret, posset laxari, nilque timere.
Nanque pedes illi bislenni, collaque longa
Sunt sex huic, caput horrendum quæ singula monstrant.
Dentibus est ordo triplex, illique frequentes.
Et semper nigre mortis vestigia seruant.

10

At Virg. lib. 3. Aeneid. aliter eius formam descripsit in his;
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.
Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo
Pube tenus: postrema immani corpore piltrix.
Delphinum caudas vtero commissa luporum.

Fabulati sunt præterea hanc oculos igneos habuisse, & adeo longa colla, vt
vel longinquas naues ad se posset attrahere; quare ita scripsit Apollon. lib. 4.

20

Μένειν ἐμπεδαιμένῳι Σκυλλῆσσι γυναικῶσσι
Λακτοῖσιν ἄρῳατ δολοεινταί.

Ne forte horrendis maxillis concita lædat
Delectos heroas.

Fabulabantur igitur quod quicumque appulissent eò, faciebant naufragium,
hominesque ab iis canibus, qui erant circa pudenda Scyllæ, vorabantur, vt
testatur Virg. in Sileno;

Quid loquar aut Scyllam Nisi? aut quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstria
Dulichias vexasse rates, & gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis?

30

Charybdis item voracissima mulier dicitur fuisse, quæ cum furata esset non
nullas boues Herculi boues Geryonis abigenti, a Ioue fulmine icta fuit, &
in illud monstrum marinum versa. Alii tamen ab Hercule captam fuisse ma-
luerunt, & a Ioue in monstrum conuersam. at Ufacius Mnasiceam Patrensem
in navigatione secutus furtum hoc scyllæ tribuit, qui illam ab Hercule ca-
ptam fuisse scribit, patris vero Phorcynis opera postea in lebere subiectis
lampadibus coctam reuixisse. Hæc ea sunt ferè omnia, quæ de Scylla & Cha-
rybdi periculosis maris Siculi scopulis ab antiquis memorantur. describun-
tur ita illi scopuli ab Hom. lib. 2. Odyss.

40

ἢ δὲ δὴν τῶν σκόπων, ἰμὸς τῶν πῶτος ἑσπέρῳ ἰαυτῷ
Ὅστιν κερκῆσσι, περὶ δὲ δὴν τῶν ἀρσενίων
καταίεσσι, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, πάλιν μιλῶντος
κρημνῷ καὶ τῶν σκόπων, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ βιβλίῳ.
Ὅστιν ἀρσενίων ἑσπέρῳ καὶ τῶν σκόπων,
Ὅστιν ἢ δὲ τῶν σκόπων ἰαυτῷ, καὶ τῶν σκόπων.

Hi duo sunt scopuli: præacuto vertice cælum
Hic adit, assiduè regitur qui nubibus atris.
Nulla serena dies hic est, non tempore mæsis,

Nec

Nec quando apricis liuent in collibus vuz
Nec si viginti manibus, pedibusq; vir vllus
Scindere nitatur, poterit: non inde redire.

Aliam scopulum paulo inferius idem poeta ita describit;

Τὴν ἑστὴν παρὰ τὴν χάρυβδιν ἴσην ἰσχυρὴν
πλευρῶν ἀλλήλων, ἕξασιν ἀντιπαραστάται.
Ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου ἔστι μύκται φάλαγγες τριβόλαι.
Τῶν δὲ ἑστῶν δὴα χάρυβδιν ἀπορριπθῆναι μέλας ἄναξ.
Ἐπὶ μὲν γὰρ ἀντιπαραστάται, τῶν δὲ ἀπορριπθῆναι.
ἄναξ, ἢν τὴν αὐτὴν τοῦτον ἔτι φησὶν ἄναξ.

Alter erit scopulus depressior optime Vlysses,
Vicini inter se hi. namque hos superaueris arca
Si libeat; foliisque viret ficulnus ibidem
Maxima, sub qua haurit pelagus diuina Charybdis.
Ter bibit illa die, epotas terq; euomit vndas.
Obersua ne sordenti sis inde propinquus.

At Virg. luculentissime rem ita expræsit, & breuissime lib. 3. Aeneid.

Dextrum Scylla latus, læuam impiacata Charybdis
Obsidet; atque imo baratri ter gurgite vallo
Sorbet, in abruptum fluctus; rursusq; sub auræ
Erigit alternos, & sidera verberat vnda.
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,
Ora exerrantem, & naues in saxa trahentem.

Strab. lib. 1. vt videtur putasse Homerus, fluxum maris ac refluxum vehemētem fieri circa eos scopulos in mari Siculo putauit; quibus in locis cum grauissimus sit strepitus propter saxorum concauitates, fabulati sunt antiqui canes esse circa latera & inferiores partes Scyllæ, qui illam vorarent. hanc rem ita scripsit Isidorus;

Ἡ σκυλλὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξέρχεται τῆς σικυλίας ἕως ἄρατος ἕρπυ, ἵσχυρὴ δὲ δὴα
λαοῦ, ἢν ἐπιπέδου ἔστι μύκται φάλαγγες τριβόλαι, ἕξασιν ἀντιπαραστάται.
Ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου ἔστι μύκται φάλαγγες τριβόλαι, ἕξασιν ἀντιπαραστάται.
Ἐπὶ μὲν γὰρ ἀντιπαραστάται, τῶν δὲ ἀπορριπθῆναι μέλας ἄναξ.

Scylla promontorium est iuxta Rhegium Siciliæ in mare prominens; sub quo sunt saxa multa, & ingentia, quæ locos interius habent canos, & speluncas, in quibus habitant monstra marina. vbi navigia fuerint iis petris ab aqua Charybdis illisa & euerfa, tunc homines ab illis feris vorantur. Charybdis autem & Scylla vicinæ inter se sunt, atq; Charybdis est iuxta Messanam, Scylla iuxta Rhegium. dictæ sunt idcirco mulieres hæc fuisse, quod illa forma fuerit scopulorum, vt procul spectantibus mulierum formam præberent. nam,

vt traditum est in opticis, pro distantia spectantium, & pro situ rei collocatæ, multa sunt quæ aliam atque aliam formam, vel plantæ, vel animalis, vel regionis præ se ferant. illud autem ita esse declarauit his verbis Apollonii Rhodii enarrator, quod etiam scriptum fuit ab Agatarchide lib. 7. rerum Europicarum;

Ἡ σκυλλὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξέρχεται τῆς σικυλίας ἕως ἄρατος ἕρπυ, ἵσχυρὴ δὲ δὴα
λαοῦ, ἢν ἐπιπέδου ἔστι μύκται φάλαγγες τριβόλαι, ἕξασιν ἀντιπαραστάται.
Ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου ἔστι μύκται φάλαγγες τριβόλαι, ἕξασιν ἀντιπαραστάται.
Ἐπὶ μὲν γὰρ ἀντιπαραστάται, τῶν δὲ ἀπορριπθῆναι μέλας ἄναξ.

gentes & complures, quæ locos concavos & speluncas habent interius, in quibus habitant fere marinæ. Quæcumque igitur navigia compulsa fuerint ab undis vel à tempestate in Charybdim, ibidem submersa ab iplo mari absorbentur. at quæ ab undis Charybdis agitata rursus & compulsa in asperas & latentes Scyllæ petras irrueant, quassantur & disrumpuntur: postea ferè illæ, monstraque marina multiplicia exeuntia homines è navibus colligentes edunt. dicta est Scylla à poetis habere canes, qui è lateribus, pectoreq; promineant, & interimant navigantes, quoniam ex inferiore loco è concavitate saxorum scilicet, in qua latent, exeuntes, seque superius ex eius latere extollentes, exire è pectore ferè illæ videantur. fuit igitur scopulus, & profunditas aquarum, & forma eius scopuli, quæ fabulæ locum dedit. cum Hercules iuxta hæc loca navigasset, magnamq; partem illarum boum, quas secum veherat, amisisset, dictus est interemisse Charybdim, quia machinis quibusdam locum illum expurgavit, & in posterum navigabilem fecit ita, ut neque Scyllæ neque Charybdis vllum ad posteros vestigium manserit. dicta fuit autem Scylla à *σπυλλία* à spoliando scilicet, vel à *σπυλλία* vexando, quamvis à *σπυλλία* à catulis quidam putarint. at Charybdis à *χάρυβδι* ab hiatu, & *βυβδω* sorbes nominata est. Ego sanè virtutum vitiorumq; naturam sub hac fabula contineri crediderim, quis cum inter duo pericula navigetis, qui ex altera parte Scyllam, ex altera Charybdim habeat. Solus denique tutus & incolumis evadit, qui neutri horum periculorū magis adhaerit, hoc quid aliud significat, quam quod scribitur ab Aristotele in Ethicis, virtutem esse medium duorū extremorū, quæ ambo sunt vitanda: ut autem vitia devertamus extrema, his partim feminæ formam ut invidantibus ad se, tribuerunt, partim figuras immanissimarum ferarum; quippe cum eò accedentibus calamitates proponerent, & vitæ ac facultatum iacturam; cum canes, & varia monstra horribilia his adiunxerint, quæ inhærentes vorarent. Nam quid aliud est vita mortalium, quàm assidua inter varias molestias & illegitimas voluptates navigatio? is autem vnus, qui sanè pietæque vixerit, & qui vitia utrobique exilentia devicauerit, incolumis in patriam, quod beatarum est animarum post hanc vitam concilium, cui præest Deus, pervenire poterit. Sed quoniam in errores aliquando collabi omnibus facile est, & plerisque contingit, si quis illis scopulis appropinquarit, continuo est inde totis viribus recedendum: nemo est enim ex omnibus hominibus, qui non ab ipsa natura ad voluptates incitetur. Idcirco poetarum omnium præstantissimus Homerus multis sociis amissis inde vix abnavigantem fecit Ulyssem: quia pauci sunt viri fortes in periculis; & multi parum prudentes, ubi semel voluptatū facti sunt captivi, ab illis se postea explicare minime possunt. Dicitur Scylla in hoc monstrum à Circe conuersa fuisse, cum mulier esset pulcherrima, quod omnes qui declinant à ratione, rectoque vivendi instituto, brutorum animos induant. Quid enim Circe esse dicebamus? an non titillationem naturæ ad voluptates incitantem? cum vellet igitur demonstrare antiqui, ut summam dicam, plenissimam esse difficultatum & periculorum vitam humanam, navigantique inter duos gravissimos scopulos simillimam; quæ si parum sapienter gubernetur, voluptatibus alleciti homines in maximas miseras incident, hæc de Scylla & Charybdi excogitarunt, quæ iucundissimis narrationibus & fabulosis vellicerant, ut qui parum salutis suæ alioquin essent studiosi, saltem suavitate

figmen-

